



PROOEMIVM.

§. I.

Sacrorum emendationem mediante Megalandri Lutheri ministerio in Ecclesiis institutam, interque multos varie dissentientium conflictus fortiter continuatam, opus esse admirandum, maximumque DEI beneficium, adeoque etiam omnibus Christianis commendatissimum, Historia Ecclesiastica, non Arnoldino more compilata, sed sine ullo partium studio digesta, solide evincit. Omnes autem, qui ex Scripturis S. recte sapere didicerunt, et puriori nostrae Ecclesiae doctrinae candide sunt addicti, ingenue profitentur, si quid in illo opere Dei ex hominum quoque, qui manus simul admoveunt, affectibus gestum esse videatur, non ipsi instituto sanctissimo, neque in omnibus, Lutheri moribus ac scriptis imputari debere.

§. II. Non igitur vituperari par est nostrates Theologos, qui, cum Pontificii homines, hoc opus praeclarum, ipsosque in pudorem conjiciens, temerariis judiciis haud paucis oppugnarent, dirisque convitiis proscinderent, istud nervose & dilucide adversus eorum furores defenderunt, ut ita maximopere mirer, nostra aetate horum praejudicia:

A 2

Luthe-